Horatius Flaccus, Quintus; Locher, Jakob [Hrsg.]: Opera
Straßburg, 12.III.1498 [GW 13468] [Sack 1887] Seite 120a



☞ l NE forte seniles &c. Ne forte des verba senū adolescentibus aut adolescētium senibus.

m SEMPER in adiunctis. Hoc est que hereant & congruāt & apta sunt etati & iste est ordo. Semper in adiunctis et aptis euo morabimur idest moribus semper vtēdū est vt puero adiūcta sit leuitas. adolescenti seruor. seni maturitas.

n AVT agitur res in scenis. ita se habēt fabule. siue comoedia sit. siue tragedia vt quedā in conspectu populi agantur Vt cum phedria apud seruū de thaide conqueritur. consiliumq; captat. quedam narrātur tāquam intus gesta prius sint. vt chercam amicum quomodo re amata potit⁹ sit edocet. Multo autem magis mouent. que spectantur quā que audiuntur & magis delectāt tamen pertinet ad consiliū scriptoris. vt que aut crudelia nimis. aut nimis turpia sūt e cōspectu populi amoueat.

☞ o SEGNIVS irritant aios. Citius mouent spectatores ea que agunt in scena quā que referuntur ad scenā. idest aliquis celerius potest discere videndo et dare animum rei q̄ audiendo.

p IPSE sibi tradit &c. quia ipse mihi trado que video & alter mihi tradit quod narrat.

q NON tamen intus. tamē abundat aut quamuis magis delectant que videntur quam que audiuntur tamē dignam rem geri intus non facias ante conspectum populi. i. quāuis populus delectetur facta tamen nō proferas scena que debent intus agi.

r NE pueros coram populo &c. Noli ita scribere fabulas coram populo. vt crudelitas ipsa sit presens.

s AVT humana palā &c. Nam atreus fratri thyesti posuit filios epulandos.

tardus temporis
Dilator spe longus iners: auidusq; futuri
ad tractandum
Difficilis. querulus laudator temporis acti.
reprehen iuuenum
Se puero castigator censorq; minorum.
ad
Multa ferunt anni venientes commoda secum.
abeuntes auferunt proprietates
l seniles.
Multa recedentes adimunt ne forte seniles
tribuantur q̄ ptinent ad virū
Mandentur iuueni partes. pueroq; viriles.
proprietatibus
m
Semp in adiūctis euoq; morabimur aptis ☞
signis exterioribus theatro
n
Aut agitur res in scenis aut acta refertur ☞
tardius mouent audientium
o
Segnius irritant animos demissa per aurē ☞
ea supposita
Quam que sunt oculis subiecta fidelibus: & q̄
imprimit
p vidēs fabulā q
Ipse sibi tradit spectator. non tamen intus
ea que digna sunt turpia
Digna geri promes in scenam: multaq; tolles
videntium dicet
r
Ex oculis que mox narret facundia presens
filios suos mater existens
Ne pueros coram populo medea trucidet.
s
Aut humana palam coquat exta nefarius atre⁹
p.n. mulieris
t
Aut in auem progne vertatur. cadm⁹ in anguē
crude et turpe
v
Quodcunq; ostendis mihi sic incredulus odi:
longior
x
Neue minor neu sit quinto pductior actu ☞
y
Fabula que posci vult & spectanda reponi
z
Nec deus intersit. nisi dignus vindice nodus
Inciderit. nec quarta loqui persona laboret ☞
a
Actoris partes. chorus officiumq; virile ☞
b
Defendat. neu quid medios intercinat actus
Quo non proposito conducant. & hereat apte.

t CADMVS in anguem. Cadmus & hermione in angues conuersi sunt. nā hermione filia martis & veneris dicitur fuisse. dicuntur autem in angues conuersi propter occisum draconem. qui erat marti consecratus ex cuius seminatis dētibus dicitur acies armatorum nata esse.

v INCREDVLVS odi. i. non credens sic debere fieri. ac per hec sperno atq; contēno.

x NEVE minor &c. idest non loquatur in fabula plus quinq; personis.

y FABVLA que posci vult idest que posci vult a populo reponi spectādi vt denuo agatur. idest que vult in auctoritate venire.

z NEC deus intersit. Non debes iducere deū in scenā in tua fabula. nisi cā subueniēdi. et puniēdi vt in eos si q̄s seruū suū voluerit occidere. Sed magis cum aut filius patrem aut filium pater occidit.

a ACTORIS partes. Sic debet vnusquisq; recitare fabulas vt audientes laudet eū suūq; officiū laudando protegāt ab accusatoribus. Quādo vir agit virū chorus debet induci. chorus inquit nō multarū personarū partes suscipiat. q̄a in eliorio multi sunt. sed virilē partem tueatur: hoc est vnius viri. virile autem non aliqua re astuta. sed vnumquēq; cōtigit. Est autē ordo. chorus defendat partes actoris & officium virile.

b NEV q̄d medios &c. neue inquit chorus inter medios actus aliq̄ rem. cantet incongruā idest id canat quod ad presentem rem aptū sit. ne chorus aliquid discrepet ab argumento. neq; aliquid inter medios actus debet absurde cani. idest inter actus viri ne inducas chorum mulierum.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0243
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg